

III. REGNUM MORTUORUM.

Nro. 77.

Politica Mortuorum Colloquia.

F r u c t u s b e l l i .

Elysium-Meum. — Die Martis 7 Oct. 1809. (Neov. 20. Oct. 1809.)

Fatalia tempora homines depravant.

Pax, almæ quietis Dea, Elysium subit manu tenens *olivam*, pacemque Galliam inter & Austriam annuntiavit — Multæ umbræ mussitarant, bellum prosequendum precantes. — „An vobis sinistra tempora continuari placet, stolidi! ajebat, & vesani! — perpendite: quid fatalibus temporibus ex homine fiat, quo dicto sequens documentum ex noni decimi seculi genio proferebat:

Mutari in melius, & deterius, opus libertatis est quidem, licetque homini ut primum libet, mutationem in cogitandi ratione suscipere, aut ad bonum, aut malum; at agendi ejus ratio ligata est — hæc ab externis ejus adjunctis, ab intrinseco rerum statu, ab omni quod in animos ejus agit, & quod complexum actionum ejus exhibet, pendet. Sæpe igitur numero bonum vult, at vis sensualitatis tanta est, ut optimam etiam voluntatem ad malum alliciat, probat quod rectum bonumque, & agit nihilominus contrarium. — Unde hoc quæso? cur intrinseca

voluntatis naturalis propensio non tam for-
 tis potensque, ut quosvis externos boni obi-
 ces superet? — homo per actionem exter-
 num mundum ingreditur, qua in se mutatio-
 nes producere vult, agit in homines, & hi
 vicissim in eum. Ex hoc tempore non am-
 plius liber est, — ejus arbitrium ab externis
 adjunctis pendet, si hæc terrificæ malumque
 intendunt, tum omnia quæ eum circumstant
 in prævum vertuntur, tum terrificæ adjuncto-
 rum vi succumbere debet — vincitur, pila
 fortunæ est, publicisque eventis invitus ab-
 ripitur. Infausta tempora partim physice,
 partim moraliter fatalia sunt. Caritas, inc-
 dia, fames, epidemia, bellum, devastatio-
 nes per ignem, squam, gladium, physica ma-
 la sunt, quorum sensus dolorem creat, men-
 tem turbat, cor contrahit, magnanimitatem
 fugat, animumque nobilem, cupiditatem
 sui excitat, tamque cogitandi quam sentien-
 di pervertit rationem. Si omnes id genus
 malorum vexat, omnes ærumnæ, calamitatesque
 premunt, tum singuli de se solum solliciti
 sunt, omnis de aliorum infortunio participa-
 tio evanescit; homo sensus expertissimum, e-
 goisticum maxime ens redditur, suæ solum
 conservandæ vitæ studens, parum curans,
 omnes hoc voto ferri, quosvis meliorem sta-
 tum precari — Ita publice comparatis animis
 quivis aures obturat aliorum precibus, &
 si opem etiam ferendo esset, eam non fert, quan-
 tumvis levis impensa esset, quam ops dep-
 eeret, quia metu angitur, se quoque paullo-

post similem conditionem subiturum aut subire posse. Non amplius aliorum auxillii meminit, in quo genus suum agnoscit, verum suæ salutis vacat mediis, hæc duritiei cordis sui ratio, sævi repudii infelicitum, atrocisque sulipstus studii. —

Physica proinde mala, principio depravant statum hominis, definiunt vim judicandi, ei inhumanam directionem induunt, animum demum fuscitus corrumpunt. — Cogitatio & decretum ambo mali proles sunt, & nemo adversus defectum affectus, & egoismum salutis remedium novit, quo cuncti ejus malorum socii correpti sunt.

Moralia mala auctores habent homines; quos illi dolores & molestias mutuo accersunt, id ex eorum libertate premasat. Id genus mali præcipuum bellum est, devastatio ejus scopus, id comitantur enormia mala; campos florentissimos depascitur, centum milium facultates prosternit, vitæ iis subsidia adimit, omnia in atrocissimam conjicit desolationem, pars hominum in egestatem detruditur, pars penitus se subducit, quodvis alienum infortunium surdis excipit auribus. Illi data opera in egestatem detrusi, cumque nihili pensi, nulla eorum ratio habita sit, animo decrevere aliis quoque non parcendi — omnia iis ademitt, & ii adversus universum genus humanum conjuraverunt. — Ab iis tranquillitatem & circumspæctum poscere animum, a partium studio alienam judicium atque estimationem erga humanitatem expectare tau-

tandem foret, quantum turbinem placida
 expiare velle voce, utrumque fieri nequit. —
 Ejus facultatem judicandi desperatio mode-
 ratur, ejus voluntatem contemptus. Cur alio-
 rum rationes duceretur, cum sui misereatur,
 nemo? Cur auxilium, opem, ferre & salutem,
 eum atrox miles ejus fortunas facultatesque
 diripuerit, everterit, domum rapacibus flam-
 mis exposuerit, Conjugem dilectam, dulcem-
 que filiam prostituerit? — Id genus animo-
 rum dispositio, quozvis perniciosos affectus
 in pectore humano excitat, continuum ei præ-
 bet nutrimentum, roborat augetque ejus furo-
 rem, cumque semen mali innumerabile sit,
 illud non nisi infelicium interitu extirpari
 valet.

Alia pars mortalium bellum anxie, tacite
 & immisericorditer optans, privato solum e-
 molumento vacat. — Cura sui absorbet omnem
 eorum attentionem, cumque mali reticulo
 jam implicati sint, non datur amplius iis exi-
 tus. — Feliciora solum, melioraque tempo-
 ra, status, in quo plurimi melius se habent,
 & sorte sua contenti vivunt, quo quævis an-
 xietas de futura calamitate evertitur, cor eo-
 rum ad commiserationem, beneficentiam,
 philanthropiam revocat. — Bellum non modo
 amorem, quo mutuo amici junguntur, debi-
 litat, verum & æstimationem hominis reci-
 procam infirmiore reddi. — Nemo alteri
 opitulatur, si quis id facit, facit admodum
 invitus, quod ignoret, an non brevi post ipse
 cum gravissimo periculo non sit colluctaturus.

Quæ possidentur occultantur, fortunarum usus non fit, terræ opes mandantur, in qua absque foenere otiosæ delitescunt, — at nemo duriorum conditionem experitur, quam qui in bello ob quampiam opinionem persecutionem spatur. Quivis, a quo opem & præsidium implorat, delicti cujusdam reum se existimat, si eum adjuvaret, aut reciperet, omnes ejus noti contractis eum humeris relegant, prudentiæ adhuc suæ applauduat, gaudetque eum oculis suis subduci.

Quare infausta tempora, tempora Egoismi, denegationis opis humano generi salutaris, duritiei animi, superstitionisque sunt; quibusvis vitiiis pabulum præbent, contra quivis virtuti fomitem subtrahunt. Cum hilaritate mentis apud plurimos homines commiseratio erga infortunium aliorum evanescit. Occasione communis miseræ, & communiore adhuc anxietatis quævis virtus in radice suffocatur, injuria vitium, & malitia dominium partiuntur orbis.

Feliciores solum tempora homines emendant — jucundi tantum dies fomitem virtutis alunt, anxiarum curarum carentia animum solum hominis dilatant, eumque tam gaudio, quam beneficio recipiendo aptum reddunt; qui adversa fortuna hominem emendare conatur profecto animum hominis ignorat, qui publicis calamitatibus injuriisque exacerbatus adversus malum armis malevolentiae se met. instruit.

At adversa tempora brevi evanescent, nova Pacis Epocha oritur, Jovi clauduntur ædes, spes quietis impleantur. —

Jam die 18. h. m. Schaffaburgi nuncium ex Bello fonte. adpulit: pacem a D. a *Champany* & Principe *Lichtenstein* die 14. hujus subscriptam esse.

Gallicæ quoque de 15. Oct. paginæ proximum Imperatoris Parisiis adventum annunciant. Monitor, ajunt, hodie promulgat decreta Cæsarea de 1. h. m. quibus Ministro hædenu negotiorum internorum *C. Cretet*, petita muneris vacatio conceditur, eiq; successor *D. Cons. status C. Montalivet* denominatur. Vacans hac ejus promotione munus Gen. pontium & viarum publicarum *Directoris Cæsareo* de 2. h. m. Decreto *Consiliario Status C. Mole* delatum. Cum certitudine affirmatur: Imperatorem brevi post ad Fontem bellaqueum adpulserum. Nuncius subscriptæ die 14. h. m. inter Cæs. Maj. Gallicæ, regem Italiæ, Protectorem Foederis Rhenani & Suam Cæs. Maj. Imperatorem Austriæ, Regem Hungariæ die 20. hujus *Francofurti* meridie 12 hora inter explosiones 50 tormentorum & pulsum campanarum omnium altissimo jussu solemniter promulgatus est.

Jam ergo quarum cum Austria bellum pace terminatum est, — hoc bellum memoriam veteris actionis in Germaniam ex parte Austriæ finem habuisse, offensivæ operationes ejus in principio declarabant — posteaquam vero ad *Landshutum, Eckmühlam, Ratisbo-*

nam offensivæ operationes in defensivas convertendæ fuissent, scopus quoque in irritum versus est. — argumenta strenuitatis alacritatisque durante hoc bello ex utraque parte numerosa in medium produci queunt; ast argumenta Ingenii ex parte adeptionis scopi non eluxere. — Pax igitur est, & cum ea vindicata confirmatio novi in Germanis systematis.

Triæ adhuc expeditiones bellicæ in Europæo Continente terminandæ restant. — Bellum Tyrolense potius bellica Episoda, quam veri nominis bellum, pace brevi componetur. Hispaniense ad hoc maximam durabilitatem opponens, absque dubio præcipua diversione fiata, prospero effectu, & favente efficacia terminabitur; auxilium solum Angliæ tumultum hispanicum sustentat, experientiaque docet, quam parum Anglicanum auxilium in Continente valeat.

Tertium restat Turcicum cum Russis. Novissimi Petropoli de 27. Sept. nuncii Russorum amplios progressus memorant. Danubium eos trajecisse, atque ad ostia hujus fluminis communicationem inter utrumque litus sibi aperuisse, atque tutum efficisse. Anglicana auctoritas Turcas in hoc bello persequendo animat, qua infracta, Statibusque, quorum Turciam conservare summa politica ratio exigit, exigereque debet, eo rem perducentibus, ut Turcæ, quid sua reapse intersit, perspiciant, tum & tertio bello finis imponetur, hic temporis articulus non distat multum, politicusque eventorum Cursus bre-

At adversa tempora brevi evanescent, nova Paëis Epocha oritur, Jani clauduntur ædes, spes quietis implestnr. —

Jam die 18. h. m. Schaffaburgi nuncium ex Bello fonte adpultit: pacem a D. a *Champagny* & Principe *Lichtenstein* die 14. hujus subscriptam esse.

Gallicæ quoque de 15. Oct. paginæ proximum Imperatoris Parisiis adventum annunciant, Monitor, ajunt, hodie promulgat decreta Cæsarea de 1. h. m. quibus Ministro hæcenus negotiorum interiorum *C. Cretet*, petita muneris vacatio conceditur, eiq; successor *D. Cons. status C. Montalivet* denominatur. Vacans hac ejus promotione munus Gen. pontium & viarum publicarum Directoris Cæsareo de 2. h. m. Decreto Consiliario Status C. Mole delatum. Cum certitudine affirmatur: Imperatorem brevi post ad Fontem bellaqueum adpulserum. Nuncius subscriptæ die 14. h. m. inter Cæs. Maj. Gallicæ, regem Italiæ, Protectorem Foederis Rhenani & Suam Cæs. Maj. Imperatorem Austriæ, Regem Hungariæ die 20. hujus Francofurti meridie 12 hora inter explosiones 50 tormentorum & pulsus campanarum omnium altissimo jussu solemniter promulgatus est.

Jam ergo quarum cum Austria bellum pace terminatum est, — hoc bellum memoriam veteris actionis in Germaniam ex parte Austriæ finem habuisse, offensivæ operationes ejus in principio declarabant — posteaquam vero ad Landshutum, Eckmühlam, Ratisbo-

nam
vert
veru
tisqu
rosa
ta lu
xere.
ta co

ropæ
lum
veri
Hispa
oppo
finita
termi
tum
doce
in C

Novi
sorun
bium
minis
tus s
glicar
quen
quor
ratio
duce
sit,
pone
multu

nam offensivæ operationes in defensivas convertendæ fuissent, scopus quoque in irritum versus est. — argumenta strenuitatis alacritatisque durante hoc bello ex utraque pene numerosa in medium produci queunt; ast argumenta Ingenii ex parte adeptionis scopi non eluxere. — Pax igitur est, & cum ea vindicata confirmatio novi in Germanis systematis.

Trias adhuc expeditiones bellicæ in Europæo Continente terminandæ restant. — Bellum Tyrolense potius bellica Episoda, quam veri nominis bellum, pace brevi componetur. Hispaniense ad hoc maximam durabilitatem opponens, absque dubio præcipua diversione finita, prospero effectu, & favente efficacia terminabitur; auxilium solum Angliæ tantulum hispanicum sustentat, experientiaque docet, quam parum Anglicanum auxilium in Continente valeat.

Tertium restat Turcicum cum Russis. Novissimi Petropoli de 27. Sept. nuncii Russorum amplios progressus memorant. Danubium eos trajecisse, atque ad ostia hujus fluminis communicationem inter utrumque litus sibi aperuisse, atque tutum esse. Anglicana auctoritas Turcas in hoc bello persequendo animat, qua infracta, Statibusque, quorum Turciam conservare summa politica ratio exigit, exigereque debet, eo rem perducantibus, ut Turcæ, quid sua reapse intersit, perspiciant, tum & tertio bello finis imponetur, hic temporis articulus non distat multum, politicusque eventorum Cursus bre-

vi eum accerset. — Tum Europaus Contingens omnibus tumultibus solutus respirabit, & si de bello sermo fuerit, eventus maritimum & quæ trans mare cita regione promanabunt, & Ephemerides eos vel vere, vel false commemorabunt.

Londino die 6. Octob. D. Percival heri occasione promotionis suæ ad dignitatem primarii Ministri regis manum osculatus est. — Lord Will. Bentinck non videtur animum habere munus oblatum sibi amplectendi. Suspiciamur excessum venerationis ab eo non probari, quo Percevalius actus ad habens reipublicæ potiundum. D. Robertus Dundas Saunders repetit Hyberniam scriinia sua prius deserens, quam sigillum ministerii bellici adeptus. — Hujus eximii loco viri apud Ill. Locumtenentem Hiberniæ sufficitur D. Wellesley Polya Secretis olim Admiralitatis, quod munus D. Arbuthno obtenturus fertur.

Marchio Wellesley, qui artibus amici sui Canning secretum conclave subire non potuit antequam Hispanias petisset, procul dubio dabit operam urbem repetendi, ut fortunæ amici sui Percevalii usum facere possit.

Dicitur D. Huskisson decedere; munusque suum Secretario thesaurarii D. Cocke, qui Lordio Casle a secretis, cessurus.